



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Catena Aurea

Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>

[S.l.], 1661

Annulus III. Fama Virtutis et Eruditionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-7709

A N N U L U S III. 218
FAMA VIRTUTIS ET ERUDITIONIS.



AFFVSA PALLADE FVLGET CLARIVS;



Illustris ille, docta cui præfert facem
Inerte pulsâ nocte Musa, Illustrior
Cui Diva prælux ambulat
Virtus, & haustos cœlitus
Radios in ora spargit, Illustrissimus
Cui diva Virtus dexterum claudit tatus
Lævumque Musa, mutuo
Potentiores lumine.

Illustris ille; quia subar spargit solo:
Illustrior sed ille; quia spargit polo:
Ast iste, toto quia solo
Totoque quia fundit polo,
Utrâque luce clarus Illustrissimus
Est ergo FERDINANDUS Illustrissimus.



LUCERNA ARDENS ET LUCENS.



Ec omne quod lucet ardet,
 Nec omne quod ardet lucet;
 Quæ ardet & lucet lucerna
 Lucerna est Evangelica.
 Ardor solus ad se, Lux sola ad alios pertinet,
 Quisquis sibi studet, ardet tantum,
 Quisquis aliis, lucet tantum.

Ambo separant quod Deus conjūxit,
 Ambo lucernam dissipant,
 Quisquis tibi studes,
 Lucernam habes, sed sine luce,
 Lucernam habes, sed sub modio,
 Non luce tenebras, sed tenebris fugas lucem
 Lux tibi pro tenebris est.

Nam quid sepultæ distat inertia celata virtus?

Modiustus ignem non accendit sed extinguit;
 Nec mirum quia fatuum intus habes ignem,
 Qui suo se ardore consumat, non conseruet,
 Fatuum habes ignem, quia invidus
 Radios in se resorbet, ne alio effluant,
 Et perire sub modio mavult, quam publicè prodesse,
 Non olenam tantum, sed flammam etiam & lucem perdit,
 Qui sibi student

Omnia agunt ut sciant
 Cum sciunt, nihil agunt nisi ut intra se abdant.
 Ita sciunt omnia, ut nesciant omnia,
 Sibi scilicet docti, sibi prudentes, nulli alteri.

At vero SAPIENTIAE Cathedra convenit, non latebra;
 Candelabrum lux postulat, non modium,
 Publicæ utilitati nata est lux, non privatæ,
 Aliæ qualitates ad unum feruntur locum
 Gravitas deorsum, levitas iursum

Lux omnium decus
 Ad omnes locos se diffundat, necesse est.
 Peccant in naturam, qui uni loco includunt

Qui ponunt sub modio.

Melior, prudentior, virtus tua & eruditio

ILLUSTRISSE PRINCEPS

Radios non Romæ solum sparsit, sed urbes etiam lōginquas
 Lustravit, an illustravit?

ANNV.